

Heinrich Schuckmann Curt Julius Fleming

## **Disputatio Iuridica De Mutuo,**

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73184744X>


Druck Freier  Zugang



Leike

(Verleibung -) (Beleibung)  
(Beleibung)

Schackmann - Flemingk. 16  
R. U. J. 1642.



Disputatio Juridica  
DE  
**MUTUO,**

*Quam*  
Divina Favente Gratia,

PRÆSIDE

*Amplissimo & Consultissimo Viro*

**Dn. HEINRICO Schuckmanni**

Jcto. Codicis Professore, inclytæ Facultatis

Juridicæ ViceDecano, & p. t. Academiæ Rostochiensis


Rectore Magnifico,

*Publico Examine subijcit*

**CURT JULIUS FLEMINGK,**

*Die 13. Augusti,*

*In Auditorio Majori, horis antemeridianis.*



**ROSTOCHII,**


*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.*

**ANNO M. DC. XLII.**

1642

Disputatione Juridica  
De  
MUTUO  
Domi. Lorenz. Galle  
P. 102  
Amstelred. & Lugdun. B. no  
1711. N. 10. 2. 10. 10.





DISPUTATIO JURIDICA

De

MUTUO,

THESIS I.

**M**utuum est Contractus  
§ 3. *ius autem. l. De fure nat. gent.*  
§ *civ. realis pr. l. quib. mod. re*  
*contr. quo res alicui ita datur, ut*  
*ea aliquando in genere restitua-*  
*tur. l. 2. pr. ff. de reb. cred. l. 42. ff. fure dot.*

Thesis I.

Rem igitur intervenire necesse est. Hinc  
cui decem dati, ut undecim debeat, non am-  
plius quam decem debet *l. 11. §. 1. ff. b. t.* Cujus  
ratio in *l. 17. ff. Pactis.*

A 2

Thes. III.

### Thesis III.

Nec tamen ideò consensus excluditur *l. 55. ff. de obl. Et act.* quod enim res requiratur ita intelligendum est, ut præter consensum principaliter res intervenire debeat. In tantum enim consensus necessarius est, ut absq; illo non contrahatur mutuum, *l. si ego. 18 ff. h. t.*

### Thesis IV.

Et quia mutuo transfertur Dominium *l. 2. §. 2. ff. h. t.* Creditor Dominus sit oportet, *l. 2. §. pen. h. t.* cum nemo plus juris in alium transferat quam ipse habet. *l. 54. R. F.* licet quandoq; brevi manu *l. 43. §. 1. ff. jure dot.* mutuum contrahatur, ut in casu *l. rogasti. 11. pr. ff. h. t. l. singularia 15 ff. eod. l. si promutua. 8. C. si cert. pet.* et si cui obligatio ex mutuo acquiritur nunquam fuerit Dominus pecuniæ. Hoc enim singulari ratione, ut evitetur circuitus, celeritate conjungendorum actuum, qui in uno actu quodammodo occultantur *l. 3. §. pen. ff. de donat. int. vir. Et ux.* receptum est.

### Thesis V.

Personas quibuscum mutuum contrahitur quod attinet. Pupillus absq; Tutoris  
auto-

autoritate mutuo dare nequit *l. 3. §. 2. ff. de  
SC. Maced.*, quod idem habetur in *§. 2. l. Quib.  
alien. lic. & in l. 9. ff. de aut. Tut.*

## Thesis VI.

Sed num accipiendo mutuum obligabitur  
creditori suo? Respondet *Jctus in l. 59. ff. de  
O. & A.* eum ne quidem naturaliter obligari.  
Quæ lex ex libro Regularum desumpta gene-  
raliter loquitur. Multò minùs ergo civili-  
ter obligatur, ut adversus eum actio detur.  
Licet locupletior factus efficaciter obligetur.  
*l. 3. §. pupillus. ff. Neg. gest. l. 3. pr. ff. commod.  
l. 1. §. 15. ff. depositi.*

## Thesis VII.

De furioso minor dubitatio est, eum nec  
obligari nec alium sibi obligare, *l. 1. §. furio-  
sum. ff. de O & A.* nec ullum negotium contra-  
here posse. *l. 5. R. 7.* & quia Prodigus pupil-  
lo *l. 9. §. sed § 7. ff. h. t. & furioso l. 40. de R. 7.*  
comparatur, neq; ille mutuum contrahere  
poterit. *d. l. 9. §. 7.* Prodigus autem est, cui  
magistratus *l. 10. ff. de Cur. jur. ex jussu & præ-*

cepto legis *l. 1. ff. cod.*, administrationi bonorum interdixit.

### Thesis VIII.

Filiusfamilias mutuum accipiendo contrahere non potest, denegatur enim actio creditori, propter SCtum Macedonianum. *Tot. tit. ff. C. ad Maced.*, Hujus ratio est in *§. pen. l. Quodcum eo.*

### Thesis IX.

Quòd primariò in favorem parentum introductum est *arg. d. §. pen.*, & ideo filiusfamilias ei renunciare nequit. *arg. l. 51. de Episcop.*

### Thesis X.

Cessat autem si filius contraxerit sciente vel jubente patre *l. 12. ff. de SC. Maced. l. fin. C. cod.*, si peculium Caltrense habuerit *l. 1. §. fin. l. 2. ff. cod.*, si se pro Patrefamilias gesserit *l. 3. cod.*, si Paterfamilias factus debitum agnoverit vel solvendo vel novando *l. 7. §. ff. cod.*, Si studiorum causa, servando probabilem modum, pecuniam mutuo acceperit, *l. 5 C. cod.*

Thes. XI.

## Thesis XI.

Administrator civitatis si mutuum acceperit, non aliter obligatur civitas, quam si ad utilitatem ejus pecunia versa sit. *l. civitas 27. ff. h. t.*

## Thesis XII.

Si quis rem alienam *l. 13. ff. h. t.* ut & si pupillus, furiosus, prodigus mutuo dederint, contractus non consistit, & quia dominium non transfertur, datur vindicatio. *§. 2. l. quib. alien. lic.* Sed si res mutuata fuerit à debitore consumpta, oritur condictio. *l. rogasti, in f. h. t. l. 13. pr. ff. eod. l. 19. §. 1. h. t.*

## Thesis XIII.

Extrinsecus mutuo accedunt dies *l. lecta. ff. h. t.* Conditio. *l. 7. 8. 36. eod.* pignus *l. 28. §. pen. h. t.* & stipulatio usurarum. *d. l. lecta.*

## Thesis XIV.

Et licet mutuum pure detur, congruum tamen spacium temporis ex qualitate negotij æstimandum tacite inest, ut creditor statim

tim illud revocare non possit. *arg. l. 17. §. 3 ff. Commod.*

### Thesis XV.

Ex mutuo nascitur actio quæ vocatur certi conditio. *pr. l. h. t.* Item actio mutui. *l. 5. C. quib. non obijc. lon.* actio Calendarij *l. 39. §. 14 ff. administ. tut.* actio pecuniæ creditæ. *l. pen. in f. ff. Inst. act.* qua conventus debitor rem in eadem bonitate, & eodem genere restituere debet *l. 2. 3. h. t.*

### Thesis XVI.

Mutato valore pecuniæ, quæritur, an solutio debeat fieri secundum valorem antiquum an novum? Et fiet solutio secundum valorem antiquum, qui fuit tempore contractus, indistinctè, sive extrinsecè mutatio contigerit, sive intrinsecè. *c. olim. c. pen. Extra de Censib. l. Rutilia. 69. ff. de Cont. empt.* Ratio. (1.) Alias non redderetur tantundem, sed vel plus vel minus, contra *l. 3. h. t.* (2.) Verisimile est, contrahentes non de futuri, sed præsentis temporis pecuniæ valore cogitasse. *arg. l. 34. R. 7.* (3.) Æquè accretionis commodum ac detri-

men-

mentum decretionis creditoris vel debitoris  
est. *arg. l. 10. de R. 7.* (4.) Creditor quantum  
dedit, recipit, debitor quantum accepit re-  
stituit.

### Thesis XVII.

Sin autem mora debitoris intervenerit,  
omnis utilitas restituenda est Creditori *l. vi-  
num. h. t. l. 3. §. f. ff. de act. empti.*

### Thesis XVIII.

Num autem pro aureis argentei, pro  
Thaleris minuti nummi reddi possint? Re-  
spondetur. Debitor reddet aureos pro au-  
reis, non argenteos Ratio. Ex natura mu-  
tui, Idem omnino debet reddi *l. 2. pr. h. t.*  
Aliud autem est aurum, aliud argentum.  
Sed tamen si creditoris nihil interfit. *l. 99. cre-  
ditorem. ff. de solut.* v. c. ratione gestationis. Vel  
si hoc ille permittat *l. 17. C. de solut.* poterit  
alterius generis nummos quam cuius crediti  
sunt restituere.

### Thesis XIX.

Controvertitur an frumentum mutuatus  
possit reddere invito creditori æstimatio-  
nem,  
B nem,

nem ejus in pecunia? & parum acutè de hac  
re dubitari videtur, cum alteriùs generis sit  
frumentum, alteriùs pecunia. Natura autem  
mutui in eodem genere consistat. *l. 2. ff. h. t.*  
Alia ratio est debitoris moram facientis. *l. vi-  
num h. t.*

### Thesis XX.

Sed nec pro massa auri vel argenti non  
signati, argentum signatum sive pecunia  
solvi potest. Quia res mutuo data eodem  
modo restituenda est, quo fuit mutuata *l. 2.  
ff. h. t.* deinde Idem restitui debet, pecunia  
autem & massa argentea sunt diversi generis.  
*pr. l. quib. mod. re con. ob. l. cum aurum. pr. ff. de  
auro argento.*

### Thesis XXI.

Si debitor rem ejusdem generis & bonita-  
tis reddere non possit, ex eo quod non am-  
plius extet, rectè necessitatis ratione etiam  
invito creditori rem alteriùs generis præsta-  
re debet, veluti pro vino pecuniam, pro pe-  
cunia fundum. *Novel. 4. c. 3.*

### Thesis XXII.

Possit hic tentari, judici hodiè in judican-  
do lentè festinandum esse, cum quæritur, de-  
beatné

beatné debitor calamitate' belli depauperatus devastata sua prædia juxta *Novel. 4. c. 3.* urgenti creditori in solutum dare? quod sanè valde dubium videtur, quum æstimatio multum erit exigua, quum talis debitor habeat Privilegium competentia. *arg. §. fin. l. de act: ubi Jason adduc. Fabrum & Plateam, Mysing. ibid. juncta Novel. 135. pr.* & quod ab Imperatore constitutum, quod qui agricolis tempore sterilitatis mutuo dedere, terras eorum tenere non possint. *Novell. 32. & 33.*

### Thesis X X I I I.

Tollitur hæc obligatio solutione *l. solutam, ff. solut. Novatione l. pen. C. Novat.* acceptilatione *§ 2. l. quib. mod. obl. præscriptione, l. sicut. C. præsc. 30. vel 40.*



### Corollaria.

*An feudum possit alicui concedi in casum mortis possessoris vasalli? Affirm.*

*An Vasallus debeat privari feudo, qui bello impeditur quo minus possit petere renovationem investitura per aliquot annos? Neg.  
Fra-*

*Fratrium filii soli an succedant in stirpes an in capita? Posterius verum est.*


*An legitimati in Feudo succedant? Respondetur sub distinctione.*


*An Femina succedat in Feudo? Negatur.*

*An femina per existentiam masculi semel exclusa, semper maneat? Negativa de Jure verior videtur.*









the scale towards document

retionis creditoris vel debitoris  
*de R. 7. (4.)* Creditor quantum  
it, debitor quantum accepit re-

### Thesis XVII.

... mora debitoris intervenerit,  
... restituenda est Creditori *l. vi.*  
*ff. de act. empti.*

### Thesis XVIII.

... tem pro aureis argentei, pro  
... uti nummi reddi possint? Re-  
... Debitor reddet aureos pro au-  
... nteos Ratio. Ex natura mu-  
... ninò debet reddi *l. 2. pr. h. t.*  
... est aurum, aliud argentum.  
... creditoris nihil interfit. *l. 99. cre-*  
*lut. v. c. ratione gestationis. Vel*  
*mittat l. 17. C. de solut. poterit*  
... is nummos quam cu jus crediti

### Thesis XIX.

... titur an frumentum mutuatus  
... e invito creditori aestimatio-  
... B ... nem,